

In Bulgaria rep. ad Isker (Oescum) fl. non longe a Plevna, i. e. in provincia Moesia inferiore (III S. 7432 ad apographa duo). — 1) Trumplia praeterea non memoratur, Trumplini memorati inter gentes Alpinas ab Augusto devictas (cf. supra N. 847), addicti fuerunt rei publicae Brixianorum (C. V p. 515). Horum tribus Fabia fuit. — 2) Legio vicesima a. p. Chr. 6 sub Messallino in Illyrico pugnavit (Vell. 2, 442). Eadem — dicitur enim apud Tacitum a. 4, 42 Tiberio multorum proeliorum socia fuisse — a. 14 fuit in Germania inferiore, translata eo sine dubio post cladem Varianam. Hic titulus fortasse pertinet ad militem ex ea legione qui militaverat in Illyrico. Alia et certiora stationis Illyricae documenta sunt III 2836, 2911. III S. 9909, 9910.

2271 M. Sulpicius | P. f. Fab. Pat.¹, | mil. leg. XX², | anno. XXXVII | stip. XVII, | h. s. est.

Prope Novaesium (Neuss) Germaniae inferioris rep. a. 1591 (Brambach 268 bis descripta). — 1) Fabia, Patavio. — 2) In Germania inferiore videtur stetisse legio vicesima usque ad a. 45, quo anno translata esse videtur in Britanniam, ubi fuit a. 61 (Tac. a. 14, 54. 57) et morata est per saecula (cf. N. 2288), dicta etiam Britannica C. XII 5182.

2272 L. Antonius L. f. | Fab. Quadra|tus, donatus | torquibus et | armillis ab | Ti. Caesare bis¹, | leg. XX (*dona militaria, signum legionis*).

Brixiae (V 4365 vidit Mommsen). — 1) Donis militaribus donatum esse bello Pannonico (Vell. 2, 442) coniecit Domaszewskius Fahnen im röm. Heere p. 58 not. 2; idem signiferum in legione Quadratum fuisse putat, propter imaginem signi.

2273 L. Marius L. f. Pu|pinea Baeterris | miles leg. XXI¹ sti|pendiorum | XVI, anno. XXXX, | hic sit. est, frate|r faciendum | curavit.

Moguntiaci (Brambach 4057 vidit). — 1) Legio vicesima prima a. 44 fuit in Germania inferiore (Tac. ann. 4, 51), postea, certe a. 69, in Germania superiore (Tac. hist. 4, 61). Cognomen Rapacis, memoratum a Tacito (hist. 2, 45), etiam in compluribus epitaphiis militum eius Germanicis adscriptum est (item infra N. 2284). — Post Domitianum legio non memoratur; erasum nomen eius reperitur in titulo Vindonissensi inscr. Helv. 248 [= C. XIII 5200. 5201]; cf. supra N. 1058 not. 5.

2274 Sex. Mu[n]atius¹ Sex. f. | [G]alata² | meiles leg. | XXII.³

Prope Alexandriam rep. (Neroūtsos revue arch. 1891 t. 18 p. 544). — 1) Mua-tius (correxit editor), 2) C. alata traditur. Significatur origo ex Galatia. — 3) Est legio vicesima secunda Deiotariana dicta, in Aegypto tendens. Legionum sub Augusto in Aegypto tendentium milites ex bona parte fuisse oriundos ex Galatia ostendit titulus Coptitanus infra N. 2483.

2275 (*imago militis*) Q. Petilius Q. f. Ofen.¹ | Secundus dom. Medio., miles leg. | XV Prim.², ann. XXV | stip. V, h. ex t. f. c.

Bonnae (Brambach 479; Huebner ex. scr. ep. 201). — 1) Sic non raro scribi-ur pro eo quod consuetudo requirebat, Ouf. — 2) Legio decima quinta Primi-genia, conscripta ut videtur a Claudio et in Germania inferiore collocata, certe ibi tetendit anno 69 (Tac. hist. 4, 55 cet.). Post annum 70 non memoratur. In Germania reliquit praeterea alium cippum sepulcrale una cum hoc repertum (Brambach 480) et tegulas nonnullas.

2276 C. Vibullius C. f. | Ofen.¹ Valentinus Mediola., | mil. leg. XXII², an. XXXVIII, stip. | XVIII, h. s. e.